Quelle: https://manuscripta.at/?ID=36561
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift



ussent. sine fine uiuere. ut possent sine fine peccare.
Ostendunt enim quia in peccato semper uiuere cupiunt.
qui numquam desinunt peccare dum uiuunt. Ad magnam
quoque iustitiam iudicantis pertinet ut numquam careant suplicio.
quia in hac uita numquam uoluerunt carere peccato.
PETRUS. Si nullus iustus crudelitate pascitur. et
delinquens seruus a iusto domino iudicio cedi precipitur. ut
a nequicia corrigatur. ad hoc uero uapulat ut emendare
debeat. iniqui autem gehenne igni; tradunt. sic ad correctionem
non perueniunt. quo fine semper ardebunt. GREGORIUS
Omnipotens deus quia pius est. miserorum cruciatu non pascitur.
Quia autem iustus est. ab iniquorum ultione non sedatur. Si; uniq
omnes eterno suplicio deputati. sua quidem iniquitate
puniuntur. et tamen ad aliquid ardebunt. scilicet ut iusti
omnes in deo uideant gaudia que percipiunt. et in illis respi
ciant suplicia que euaserunt. quatenus tanto magis in
eternum diuine gratie debitores esse se cognoscant. quanto uide
rint eternum malapuniri conspiciunt. que eius adiutorio euase
runt. PETRUS Et ubi est quod scriptum est. si inimicus iu
stus quos tunc ardere uiderunt non orabunt. quibus utique
dictum est pro inimicis uestris orate. GREGORIUS Oran
inimicis suis eo tempore. quo possunt ad fructuosam penitentia
am eorum corda euertere. Quid enim aliud pro inimicis
orandum est. nisi hoc quod ait apostolus. ut det illis deus peniten
tiam ad cognoscendam ueritatem. ut resipiscant a diaboli la
queis. a quo capti tenentur ad ipsius uoluntatem. et quam

atque ipsi conuertantur et saluare.